Stephanus ann. IV mens. II d. XV. Cessavit d. XXII.

Hic constituit, ut vestimenta ecclesiastica, quibus deo ministratur, et sacra debent esse et honesta; quibus aliis usibus nemo debet perfrui, quam ecclesiasticis et deo dignis officiis, quae nec ab aliis debent contingi nec ferri nisi a sacris hominibus.

L. P. in Vit.

Xistus natione Graecus ann. II mens. XI d. VI. Cessavit d. XXV.

Dionysius ann. II mens. III d. VII. Cessavit d. V.

Felix ann. II mens. X d. XXV. Cess. dies VI.

Hic constituit supra memorias martyrum missas celebrare. Obiit IV kal. Ianii.

Eutycianus ann. VIII mens. X d. IV. Cessavit d. VIII.

Hic constituit fruges super altare tantum annae et fabae benedici. Obiit XII kal. Augusti.

Caius ann. XI mens. IV d. IX. Cess. d. XI.

Marcellinus ann. IX mens. II d. XXV. Cessavit episcopatus a m. VII mens. VI d. XXV.

Marcellus ann. V mens. VII d. XXI. Cessavit d. XX.

Eusebius ann. II mens. II d. XXV. Cessavit d. VII.

Sub huius temporibus inventa est crux domini nostri Iesu Christi V non. Maii. Obiit VI non. Octobris.

Meltiades ann. III mens. VII d. XXI. Cess. d. XVI

Obiit V idus Decembris.

Silvester ann. XXIII mens. X d. XI. Cessavit d. XV.

Hic constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate levatum de aqua propter occasionem mortis,